

Facere tu non posses, si solum unum Poemationis vidisses,
 cuiusmodi illa quotidie parit, stupendi commatis, Mi
 Puteane curdinellimur. cur te participem non est
 facere mille elegantiarum et amenitatum Musicarum
 quae mihi cum illa muliere, Barlaeo, Bossio, Hoofdio,
 Vicofortio, Vondelio, aliisque intercedunt. Viresceres
 nobiscum et Iuvenesceres, certe mauius deuineres. Solot
 illa Synodus convocari, quoties quid otij nactus sum
 Amsterdamum Myrdanques excurrendi. Expector eodem
 statim ab hac expeditione. et ex singrapha quidem car-
 mine Belgico conscripta, quam absentem extorserunt,
 cum comitatus Angliae Regiam postremo illi adesset.
 Si fidem libero, ad futurum sum centuriam unam et alteram, et
 fortasse tertiam epigrammatum instructus, quae in
 gratiam tam festivi auditorii hisce ipsis chartis effudi.
 Graecorum, Latinorum, Belgicorum, Gallicorum, Italicorum
 etiam et Anglicorum. facitorum plerorumque et
 spleni ead conducuntium, ut amari solent ab illa soda-
 litate. Vide quam solliciti videndi occasiones aucupem,
 qui in confertissima negotiarum turbamulicorum
 et militarium tam desultorie otuari tento, vel nihil
 agere. quam immani autem amoris fiducia tibi haec
 oggannis! Desinam quam incepisti. Amor peccare audeat
 et castigari dignus est. Vale Vir Maxime et Amplissimo
 Tuldeno, cui spero meas traditas fuisse, salutem a me
 plurimam impetti. tua vero rationem habe, quam
 diligentissime. In Castris Bodberg. 11X Cal. Septemb.
 C1616 XLII.

Bannio.

Amplissimo ac Doctissimo Vir

(330).

Factum est frequentia occupationum, quas domi forisque
 bona fide omnibus officiis praetexo, quod Epistolarum
 quas vides, tibi debitarum serinscule compos fias.
 Habe, quod sole, benigne et candidè excusatum amicum
 cui aut crudeliter aut inique succenseas. Aliam ecce
 tibi telam orditur Gallus: ad humanitatem, ut praese
 ferre videtur, longe priori illo pronior, rationumque
 et ratiocinationum Physicarum capacior. Novus ille
 quidem

quidem inauditisque thesibus modestè viam facit, sed no-
indignis quas excutias et refutes, si necesse sit, quod pro-
sentis tuae commissum esto. De nomenclaturâ

Musicâ gratum est Messenno, qui quid mediteris quotidie a
me sciscitatur, exemplar misi. quod non arbitror esse cu-
agnè feras. fauet conatibus tuis omnium bonarum arti-
indefessus proxeneta, optatque quam avidissimè, ut se
superstites, veritas rei harmonice, si fieri poterit, omni ves-
veloque coram se Paride sistatur ut unda venis.

Cantiunculam versibus Brosterhusij aptatam, venustissimè
asserò omnium, quas hactenus peperisti. si Theoricè quam
non dum capio proæ quam quisvis capit, simili usque
successu respondeat, facilius me in ea tractua pertraxerit.

Planè sic est, amice, neminem prosodia pactam facit; nec
est Arti genius concurrat; alterius sic altera poscit ope-
res, et conjurat amice. quod de argumento Latino tecum
diverere plus juvet, quam Antæ Bellique motibus perpe-
agitari. Deus nobis hæc otia quondam facturis est, si
expedire sciverit. Vale Vir Doctissime, nec quidquam
opusculo meo detractum est novâ operâ quam Gallois
non poteris facere quin impendas. in Castris Rodberg: XI
Cal. Sept. CIOIDCXLI II.

P. S. Doctoris Donnii præstantissima poemata Anglica
domo accessiveram selecturus quod et jussèras
quod cantu tuo dignum esset: at liber imperitiâ
quærentium, an quod alteri commodatus, in
Bibliothecâ non reperitur, quod valde doleo.
Si ex ungue Leonem vis nosceres pete a vicinâ
Bessela versionem meam vernaculam aliquot
ejusdem Epigrammatum olim illi inscriptas
et fateberis nihil te argutius, nobilius, præstantius
in Re Musicâ vidisse. Præfatiunculam addidisse
de meo memini, cujus, quod penes me rarissimum
est, nunquam paenituit. Confestim atque
ὄϊκαδ' ἰξίωπας φ' ἰδὺν ἐς πάλαιδα γαῖαν erit
in meâ potestate, Archibarbitos e Gallia dono
mihi accessita, organum, ut referunt auriti
testes,

testes, mirabilis opulentiae et suavitatis.
 Amstelodami nunc custoditur, quo si
 excurrere fert animus, potero indicare
 ubi est, et quâ regione requiras. Res nova est
 et inaudita, de quâ proinde sententiam tuam
 ante alias scire velim.

Tuldeno.

(331)

Non adscribo causam, vir Amplissime cur tantilli beneficii
 tam serò compos fias. Esset hoc inuisili morâ producere
 necessarium, quo me verbo rem indicasse puto. Inuiseni
 Augustinum non à te primum habeo. Fecerat pridem
 controversiae rumor, ut nescire nollem, unde animis
 tanta caelestibus ira, et acerima fratrum odia, et
 rara gratia. Mox, allato Doctissimi Episcoporum libro,
 mordaci busque potè Libellis, quibus ultro citraque
 defuncti causa ventilatur et umbras, sensi vas iisdem
 intemperis agitari, quae Ecclesias olim nostras mirum
 miserumque in modum habuere occupatas. Itarum
 an in vestris propè finis absit, licet expectis dubitare.
 Bene nobiscum ageretur, si et hic obtineret quod alibi
 nihil praestare majus fortunam posse, quam hostium
 discordiam. Utcumque ista habeant non nihil est, mag-
 nam et cordatiorum partem a nobis stare, in articulo
 Religionis, ut verè statuis, summo ac directorio. cui qui
 subscripserit, circa minores iniquè obhaereat et impruden-
 ter. Summo hostium et amicorum Puteano cum salute
 nuntiarum velim, accepisse me cis paucos dies epistolam ab
 amica mihi semperque honoratâ manu, quâ quod petere
 voluit, praestitutum quantum ocijus fieri poterit. Nôuit
 veteribus Graciae, de caudâ equinâ; paulatim evellen-
 dam esse (volut, pilatim dicere) ut ipse nunc experiri
 vir humanissime, et nimio quidem intervallo post
 oblatum immerenti manus, quod a benevolo affectu
 et verè Belgici candoris indice testor gratissimum
 obvenisse. Vale politicioris Jurisprudencia rarum et
 ipsis Batavis charum caput. In castris Bobberg: vs. Cal.
 Seat: CIOIDCXLII.

Mercatori